

I N D E X
PRAELECTIONVM

IN
ACADEMIA ROSTOCHIENSI
PER SEMESTRE HIBERNVM


I N D E
A D I E X V I I I O C T O B R I S

ANNI *MDCCCXXXI*

HABENDARVM.



LITTERIS ADLERIANIS.



PROFESSORES PVBLICI.

ORDO THEOLOGORVM.

IOACHIM HARTMANN, *Confiſſ. Duc. Conſil. Pb. et SS. Th. Doct̃or*, huiusque P. P. O. per instans ſemestre bibernum Theologiae Studioſis, Dn. Auditoribus ſuis, offert praelegenda Collegia hoc ipſo ſemestri dicto finienda.

1. In *Actus Apoſtolorum*, quorum in explicatione jam verſatur, continuaturus eſt praelectiones ſuas hora antemeridiana IX—X.

2. In *Hiſtoriam Eccleſiaſticam V. T. ſecundum Compendium Gorhanum*, hora antemeridiana X—XI.

3. In *Theologiam Exegeticam* Duce b. BAYMGARTEN im Unterricht von Auslegung der h. Schrift, hora antemeridiana XI—XII.

4. In *Theologiae Dogmaticae P. I. et II.* hora poſt meridiem III—IV, atque

5. In ejus P. III. hora pomeridiana IV—V. Duce S. R. Io. BENED. CARPZOVIO *Libro Doctrinali Theologiae purioris*. Si tamen Dnis Auditoribus, et Commilitonibus, alius horarum ordo magis placuerit, eundem, qui ipſis maxime conveniens videbitur, facile impetraturi ſunt. Inchoandarum harum Praelectionum tempus erit dies tertius Octobris.

D. IOACHIMVS HENRICVS PRIES, *Theol. P. P. O. et ad aedem Sp. S. Paſtor*, horis antemeridianis X—XI. partem alteram Hiſtoriae religionis atque eccleſiae Chriſtianae enarrabit, et XI—XII. partem primam Theologiae Dogmaticae tradet. Horis pomeridianis II—III in libros *Symbolicos noſtrae eccleſiae* commentabitur, hora III—IV, in explicandis *Epistoſis Apoſtolicis* perget, et hora IV—V, vaticinia Iſaiae interpretabitur.

D. CHR. DAV. ANT. MARTINI, *Theol. P. P. O. Publice Chreſtomathiam FLAVIANAM a TRENDLENBVRGIO V. C. nuper editam*, interpretabitur. *Privatim* vero hor. VIII. *Institutiones ſuas Morales*, hor. IX. *lectiones in Theologiam Dogmaticam* continuabit, hor. II. in enarrandis *Evangelistarum commentariis* perget; hor. III. *Sententias Salomonis cum Eccleſiaſte* explicabit. *Privatiſſime* hor. VI. *introductionem in Libros Novi Teſtamenti* ſuppedietur.

ORDO IVRECONSULTORVM.

IO. MATTH. MARTINI, I. V. D. et P. P. O. nec non S. D. R. a consiliis iustitiae per semestre hibernum proximum docebit horis auditoribus commodis, et dein e tabula publica indicandis

- 1) historiam patriam,
- 2) institutiones iuris praelucente Hoepfnero
- 3) processum civilem tum theoretice tum practice.

D. W. V. WIESE, *Iur. Prof.*, reiterabit praelectiones Institutionum praeunte HEINECCIO ab HOEPFNERO emendato, quibuscum coniunget explicationem juris criminalis duce MEISTERO. In manuactione practica forensi aequae ac cautelari perget more visitato, eorumque votis satisfacere studebit, qui exercitiis disputatorii interesse cupient. De horis commodis conveniet cum Commilitonibus, qui nomina ipsi dabunt.

IO. CHRIST. ESCHENBACH *Pandectas*, libris terribilibus exceptis, secundum compendium HELLFELDIANUM explicabit hora XI—XII. et II—III. Praeterea aut *processum iudicarium* e compendio KNORRIANO tradet, aut *lectiones privatissimas iuridicas* redauspicabitur.

D. ADOLPHVS DIETERICVS WEBER, P. P. O. per instans semestre hibernum *Pandectas*, HELLFELDIJ *iurisprudentiam forensis* sequuturus, docebit, nec non doctrinam de actionibus et exceptionibus secundum SCHMIDT *Lehrbuch von gerichtlichen Klagen und Einreden* tradet, ita quidem, ut praeceptis praxin addat; aut, si magis e re esse videatur, processum civilem praeunte libello elementari, Guil. Aug. Frid. DANZ *Grundsätze des gemeinen ordentlichen bürgerlichen Processes*, Stuttgart, 1791. explicabit, horas pariter ac initium lectionum e tabula publica indicaturus.

D. ADOLPHVS FELIX HENRICVS POSSE, P. P. O. *Privatim* hor. IX. *Ius Germanicum privatum*, hor. XI. *Ius feudale commune et patrium* et hor. II. *Ius canonicum* tradet; prius ad III. RUNDII librum ita inscriptum: *Grundsätze des allgemeinen deutschen Privatrechts*, posteriora ad Principia Boehmeriana. *Publice* hor. III. diebus Lunae, Mercurii et Veneris librum IV. *Iurisprudentiae Struvianae*, qui continet *Theoriam processus civilis*, explicabit.

ORDO MEDICORVM.

PETRVS LVDOLPHVS SPANGENBERG, Serenissimo Duci Regnanti a Consiliis Cancellariae Secretioribus, Archiater, et P. P. O. Therapiae Specialis priorem partem, quae morbos continet acutos, docebit.

D. SAMVEL GOTTLIEB VOGEL, Med. P. P. O. hora matut. VIII. *Materiam medicam* ex compendio CONR. MOENCHII, *systematische Lehre von den einfachen und gebrauchlichsten zusammengesetzten Arzneym.*; hora II. *Encyclopaediam medicam*; et hor. III. *Medicinae clinicae* primam partem, quae morbos febriles

febriles complectitur ad filum libri: C. G. SELLE med. clin. oder Handb. der medic. Praxis, 5te Aufl. explicabit.

D. AVG. AENOTH. WEBER, P. P. O. Civitatis Rostochiensis
Physicus

1) *Physiologiam c. b.* docebit h. XI—XII. per 6 hebdomadam horas auct. IABE-
LOT Edit. vernac. Ien. 1783.

2) *Pathologiam medicinalem* eiusque tam generalem, quam specialem partem,
illam, quam late pater, ex propria sciagraphia, hanc ex cl. IVNKERT conspectu.
Hal. 1789. 1790. adumbrandam offert h. VIII—IX, et per 6. hebdomadam horas
intra anni spatium absolvendam. Praestabit simul, quam poterit, occasionem,
aegros visitandi, auditoribus.

3) *Semiologiam pathologicam*, praemisissis prolegomenis suis cum semiologia phy-
siologica, h. III—IV secundum III. DELL primas lineas. Erl. 1776. explicabit.

4) *Systemati aegritudinum Materiae medicae* praecepta accommodabit h. IV—V.

D. GVILIELMVS IOSEPHI, P. P. Per instans semestre hibernum:

1) Horis matutinis usque ad meridiem iis qui in *secandis cadaveribus humanis*
exercere sese cupiunt omnem dabit opportunitatem. 2) Hor. II—III. pomer. *De-*
monstrationes anatomicas instituet. 3) Hor. III—IV. *Chirurgiam medicam* doce-
bit. 4) Hor. V—VI. vespert. *historiam naturalem hominis* ad filum compendii
proprii (Grundriß der Naturgeschichte des Menschen nebst einer vorangeschickten
Uebersicht der allg:meinen Naturgeschichte) pertractabit.

Qui *privatissime* opera sua uti velint, iis non deerit.

D. ADOLPHVS FRIDERICVS NOLDE, P. P. h. II. p. m.
dieb. D, J, K, & *morbos mulierum*, dieb. vero J et K *morbos infantum* expli-
cabit: h. III. p. m. *Materiam medicam* ad ductum compendii Linnéani docebit.

ORDO PHILOSOPHORVM.

HENRICVS VALENTINVS BECKER, *Phil. D. et Prof. O.*
et ad Aed. fac. Pastor hora VIII—IX. Philosophiae practicae partem, vel *Iurispru-*
dentiam naturalem, vel *Philosophiam moralem* explicabit, et hora XI—XII. *prae-*
lectiones Physicas theoretico experimentales ad ductum LICHTENBERGII
editione libri: *Anfangsgründe der Naturlehre entworfen von I. C. ERLEREN*
habebit.

OLAVS GERHARDVS TYCHSEN b. c. D.

h. X. *Publice* omnia quae in Sacris Litteris ad tria naturae regna faciunt vo-
cabula, non modo cum Linneanis, sed etiam cum iis, quae in Oriente adhuc ob-
tinent denominationibus et descriptionibus, sedula industria contendet, ad ipsa, si
qua in Academiae Museo obuia sint, exempla digito semper monstraturus.

h. XI. Praelectiones in Elementale suum arabicum quatuor prioribus hebdo-
madis diebus, et duabus residuis Collegium practicum hebraicum continuabit.

X 3

h. III.

b. III. Syriacas et Rabbinicas linguas, certis cuique tributis horis docebit. Paratus quoque est introductionem in rem numismaticam veterum volentibus sup-
peditare.

HERMANNVS IACOBVS LASIVS, Graecae Literaturae Prof. Publ. Ord. instans per semestre hibernum rogatu quorundam Commilitonum doctissi-
morum, Graecarumque literarum studiosorum *Xenophontis Cyropaediam* cursoria
explicabit, lectione; itemque singulis, quos quot eunt, hebdomadibus, et quidem
diebus Mercurii et Saturni *selectas Graecorum Tragoedias*, quas S. R. A. H. NIE-
MEYER Halae MDCCLXXXI. typis in usum lectionum academicarum edidit,
eadem ratione ac methodo est tractaturus. Nec quoque in reliquis, ad Graecam et
Romanam literaturam pertinentibus suntis, harum amantibus nostrae Academiae
Civibus pro viribus, quas sibi in aetate iam scitili DEVS O. M. concesserit, haud
defuturus est.

D. IACOBVS FRIDERICVS ROENNBERG, Moral. Prof. Publ. Ord. nec non Seren. Duci Regn. Meckl. a consiliis aulic. per instans semestre
hibernum, hora matut. VIII—IX. *Principia rhetorica*, duce BATTEVX, hora IX—X
Encyclopaediam et *Methodologiam juris* ad filum illustr. SCHOTT, hora II—III,
post meridiem, *Historiam Imper. Rom. Germ.* duce perill. PVERTERO; hora
III—IV. *Ius publ. territorial. statum Imper. Rom. Germ.* praeunte Ill. SCHNA-
BERTO, cum applicatione ad *Ius publ. Patriae*, docebit; et denique hor. V—VI.
Collegium Novell. publ. cum animadversionibus historic. statistis, et Iuri publ.
et Gentium inservientibus, continuabit.

M. SAMVEL SIMON WITTE, Seren. Duci regn. a Consiliis
aulicis ac Iuris N. et G. Prof. P. O. per instantem hiemem 1) *Logicam*, 2) *Meta-
physicam*, 3) *Philosophiam moralem*, 4) *Iurisprudentiam naturalem* in STRAVSSII,
FEDERI, SEHMIDII atque HOEPFNERI libellos acroamaticos commentaturus doce-
bit. *Studendi methodum* etiam hac vice publice exponere paratus erit, si qui sint,
qui hoc in negotio consiliis suis uti velint. Horas denique auditionibus hisce desti-
nandas suo tempore e valvis publicis indicabit.

GVSTAVVS SCHADELOOCK, Phil. Doct. et Prof. P. O. Sci-
entiarum studiosis offert 1) *Logicam* et *Metaphysicam*, 2) *Geometriam* et *Trigo-
nometriam*, alteras Ill. FEDERO, alteras SEGNERO duce, praeterea 3) ad artem
latine scribendi addiscendam, si qui cupiant, operam suam pollicetur. De horis
temporibus eos, quorum interest, certiores reddet.

P. I. HECKER, Mathes. P. P. O. 1) *publice* calculi logarithmici, tri-
gonometriae planae, tam elementaris quam analyticae, itemque trigonometriae
sphaericae principia tradet, *privatim* 2) *Physicam theoreticam* et *experimentalem*
ad ductum compendii Greniani docebit; 3) *cel. Kaestneri elementa analyticos fini-
torum* explicabit.

**FRANCISCVS CHRISTIANVS LAVRENTIVS KAR-
STEN**, peractis aestivis feliciter laboribus b. c. D. per instans brumale seme-
stre *Privatim* 1. *Matheseos purae* et 2. *applicatae fundamenta* in compendium
beati

beati fratris *Auszug aus den Anfangsgründen* etc. horis IX—X, et VIII—IX, et ad specialem requisitionem iterum 3. *Agriculturae principia* hora X—XI, ante meridiem demonstrabit. *Privatissime* denique itidem ex desiderio quorundam commilitonum *artem aedificandi aedificia oeconomica et rustica* cum in delineandis tabulis architectonicis tum in computandis sumtibus (*Verfertigung der Baurisse und Bauanschläge*) libentissime tradet.

GERARD. PHIL. HENR. NORRMANN, Ser. D. r. Meg. a Conf. aul., Histor. atque Polit. Disciplinarum P. P. O. *Privatim* 1) h. IX—X. *Historiam praecipuorum Europae regnorum et rerum publ.* ex breviario Meuseliano; 2) h. X—XI. *Historiam universalem* ad compend. Schloezarianum; 3) h. II—III. *Historiam I. R. Germ.* duce Püttero illustrabit. *Privatissime* vero cupientibus *Geographiam generalem atque specialem*, adhibitis mappis Schraemblianis, hora cum commilitonibus communicanda, ex comp. Gatterer, kurzer Begriff der Geographie, exponet.

DOCTORES PRIVATI.

IOAN. FRID. THEOD. BURCHARD, D. ius publicum imperii duce Ill. Püttero, et historiam imperii duce Ill. de Selchowio docebit.

I. G. CRUMBIEGEL Iur. Doct. institutiones iuris civilis praeunte Hoepfnero hora X—XI, et historiam iuris romani secundum Selchowii Geschichte der in Deutschland geltenden Rechte hora XI—XII, docebit.

V. I. BESELIN, I. V. D. Institutiones iuris civilis secundum Hoepfnerum praelecturus est: nec iis deerit, qui alia iuris civilis exercitia theoretice et practice instituenda cupiunt.

F. G. I. BURCHARD jun. I. V. D. per instantes sex menses hibernos praelecturus est:

hora X—XI, *iur. criminale* duce Meistero jun.

— XI—XII, *institutiones iuris civilis*, praeunte Waldeckio.

— II—III, *iur. Lubecense et Rostochiense*.

Denique non deerit illis, qui privatissima iuris Romani, tum *Institutionum*, quum *Digestorum* exercitia instituenda cupiunt.

D. ANDR. BERN. CAR. WIESE, hora IX—X, quod de praelectionibus Digestorum superest, finiet, hora XI—XII, ius publicum I. R. G. duce Perill. Püttero interpretabitur, hora pom. II—III, *Struvii iurisprudentiam rom. germ. for.* enucleabit, et Institutiones iuris civilis poscentes docebit.

CHRISTIAN WOLHARD STEIN, I. V. C. et Advoc. immatric. praelectiones, quibus per instans semestre hiemale vacabit, offert sequentes.

1) *Ius Lubecense* tradet, intertextis differentiis *Iuris Rostochiensis*, ad b. Patris sui, I. L. Steinii, *Compendium in Iurisprudentiam Lubecens.*

2) *Ius*

2) *Ius criminale* exponet, ducem sequuturus C. F. G. Meisterum in *principiis Iuris criminalis*.

3) *Processum iudicarium* explicabit ad filium b. Schaumburgii in *principiis praxeos iurid. iudicariae*, aut si magis arridet, doctrinam de *actionibus peruti-*
tem accuratius nosse, hanc secundum I. H. Boehmerum proponet.

Determinationem horarum his praelectionibus dicandarum electioni honoratissimorum Dominorum Commilitonum relinquit.

M. GEORGIUS LVDOVICVS OTTO PLAGEMANN, Lycei Rostochiensis rector proxima hyeme Anacreontis carmina h. IX—X. interpretabitur.

M. IOACHIMVS HENRICVS LVDEWIG L. Angl. L. P. Incipientes quatuor seu quinque per septimanam horis prima rudimenta linguae Anglicae docebit, aliis autem horis his qui in Anglicis iam aliquos fecerunt progressus inserviet, explicando e. g. Schultze *neues Englisches und Historisches Lesebuch*, Halle 1789, vel alium si cupient librum, neque deerit his qui conversatorium Anglicum desiderant. De horis his lectionibus destinandis tempestive ut velint se convenire, rogatum vult Commilitones suos Honoratissimos.

M. IOANNES MARCVS CONSTANTINVS TARNOW, horis iusto tempore indicandis docebit *popularem Dogmaticam* duce S. V. Griesbachio, *Theologiam moralem christianam* duce S. V. Doederleinio, et *Ius Naturae* duce Cel. Hufelandio, nec non continuabit *Interpretationem Novi Testamenti cum institutione themata e pericopis inveniendi iunctam*.

I. D. WESTPHAL, Magisterii Candidatus, quinque per Septimanam horis opportunis Horatii Carmina illustrabit.

C. W. AHLWARDT, per instans semestre brumale publice hora e tabula publica indicanda *Sophoclis tragoedias* interpretabitur. Privatim vero hora III—IV. *Xenophontis Cyropaediam*, vel alium scriptorem Graecum.

— IV—V. *Horatii vel Iuvenalis satyras* explicabit.

— XI—XII. *Aesthetices principia* e compendio cl. Eschenburgi *Entwurf einer Theorie und Litteratur der schoenen Wissenschaften*, tradet.

Nec deerit in addiscendis linguis, Italica scilicet, Anglica, Gallica et Hispanica, Dn. Comilitonum usui inservire.

* * * * *

Bibliotheca academica nec non *Museum* singulis Mercurii ac Saturni diebus aperiuntur. *Artem equitandi* discere cupientes, in nostro Catadromo opportunam desiderio suo satisfaciendi invenient occasionem. Sunt quoque apud nos Magistri peritissimi, qui *linguae Gallicae* praecepta dant, commode *saltare* docent, *palaestrae* operam dantes instituunt, et *arte pingendi* erudiunt.

P. P. DIE XV. SEPTEMBRIS

A. R. S. c1313ccclxxxxi.